



# HYMNI OFFICII ROMANI

AD LAUDES ET HORAS DIEI

SECUNDUM ANTIQVUM USUM <sup>1</sup>

*Tonus cujusque Hymni infra positi semper idem est ac Tonus ejusdem Hymni secundum usum novum, sicut ponitur in Antiphonario, nisi aliter notetur.*

*Ceterum, quaecumque praescribuntur in Antiphonario circa tonum et doxologiam aliquando mutanda in Hymnis ratione Festi, vel Temporis aut Octavae currentis, vel circa vocales aut syllabas praeter metrum occurrentes: omnino pariter observanda sunt in hoc Hymnario antiquo, nisi aliter notetur.*

*Hymni pro quibus non est textus antiquus, sumendi sunt ex Antiphonario.*

## Dominica ad Laudes.

Hymnus hiemalis.

I.

**A** - TERNE re-rum Cón-di-tor, Noctem di-émque qui re-gis,

Et témpo-rum das témpo-ra, Ut ál-le-ves fastí-di-um:

Praeco diéi jam sonat,  
Noctis profúndae pérvigil,  
Noctúrna lux viántibus,  
A nocte noctem ségregans.

Hoc excitátus LúCIFer  
Solvit polum calígine,  
Hoc omnis errónum cohors  
Viam nocéndi désérit.

Hoc nauta vires cólligit,  
Pontíque mítescunt freta:  
Hoc, ipsa Pe-tra Ecclésiae,  
Canénte, culpam díluit.

Surgámus ergo strénue,  
Gallus jacéntes éxcitat,  
Et somnoléntos íncrepat,  
Gallus negántes árguit.

<sup>1</sup> *In gratiam eorum qui talibus Hymnis de jure vel ex consuetudine aut indulto uti possunt.*


Gallo canente spes redit,  
Ægris salus refunditur,  
Mucro latronis conditur,  
Lapsis fides revertitur.

Jesu labentes respice,  
Et nos videndo corrige:  
Si respicis, lapsus cadunt,  
Fletuque culpa solvitur.


Tu lux refulge sensibus,  
Mentisque somnum discute,  
Te nostra vox primum sonet,  
Et ora solvamus tibi.

Deo Patri sit gloria,  
Ejusque soli Filio,  
Cum Spiritu Paraclito,  
Et nunc et in perpetuum. Amen.

Hymnus aëstivus.


IV. 

**E** c-CE jam noctis te-nu-á-tur umbra, Lu-cis auró-ra rú-ti-lans




co-rúscat: Ní-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes Cuncti-po-téntem:

*Alter Tomus.*

I. 

**E** c-CE jam noctis te-nu-á-tur umbra, Lu-cis auró-ra rú-ti-lans




co-rúscat: Ní-si-bus to-tis ro-gi-témus omnes Cuncti-po-tén-tem:


Ut Deus nostri miserátus, omnem  
Pellat languórem, tribuat salútem,  
Donet et nobis pietáte Patris  
Regna polórum.

Praestet hoc nobis Déitas beáta  
Patris, ac Nati, paritérque Sancti  
Spíritus, cujus réboat in omni  
Glória mundo. Amen.

Feria Secunda ad Laudes.

IV. 

**S** PLENDOR pa-térnae gló-ri-ae, De lu-ce lu-cem pró-fe-rens, Lux



lu-cis, et fons lúmi-nis, Di-es di-em il-lúmi-nans:

Verúsque Sol illábere,  
Micans nitóre pépeti:  
Jubárque Sancti Spíritus  
Infúnde nostris sensibus.

Votis vocémus et Patrem,  
Patrem perénnis glóriæ,  
Patrem poténtis grátiae,  
Culpam reléget líbricam.

Infórmet actus strénuos,  
Dentes retúndat ínvidi:  
Casus secúndet ásperos,  
Donet geréndi grátiam.

Mentem gubérnet et regat,  
Casto, fidéli córpore:  
Fides calóre férveat,  
Fraudis venéna nésciat.

Christúsque nobis sit cibus,  
Potúsque noster sit fides:  
Laeti bibámus sóbriam  
Ebrietátem spíritus.

*In eodem tono cantantur Hymni aliarum Feriarum per Hebdomadam ad Laudes.*

### Feria Tertiá ad Laudes.

ALES diéi núntius  
Lucem propínquam praécinit:  
Nos excitátor méntium,  
Jam Christus ad vitam vocat.

Auférte, clamat, léctulos,  
Ægro sopóre désides:  
Castíque, re-ctí ac sóbrii  
Vigí-láte: jam sum próximus.

Jesum ciámus vóciibus,  
Flentes, precántes, sóbrii:

Laetus dies hic tránseat,  
Pudor sit ut dilúculum,  
Fides velut merídiés,  
Crepúsculum mens nésciat.

Auróra cursus próvehit,  
Auróra totus pródeat,  
In Patre totus Fílius,  
Et totus in Verbo Pater.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum. Amen.

Inténta supplicátio  
Dormíre cor mundum vetat.

Tu Christe somnum díscute,  
Tu rumpe noctis víncula,  
Tu solve peccátum vetus,  
Novúmque lumen íngere.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Feria Quarta ad Laudes.

Nox, et tenébrae, et núbila,  
Confúsa mundi et túrbida:  
Lux intrat, albéscit polus:  
Christus venit, discédite.

Calígo terrae scínditur,  
Percússa solis spículo:  
Rebúsque jam color redit,  
Vultu niténtis síderis.

Te Christe solum nóvimus,  
Te mente pura et símplici,

Flendo et canéndo quaésumus,  
Inténde nostris sénsibus.

Sunt multa fucis íllita,  
Quae luce purgéntur tua:  
Tu lux Eói síderis,  
Vultu seréno illúmina.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Feria Quinta ad Laudes.

Lux ecce surgit áurea;  
Pallens fatíscat caécitas,  
Quae nosmet in praeceps diu  
Erróre traxit dévio.

Haec lux serénium cónferat,  
Purósque nos praestet sibi:

Nihil loquámur súbdolum,  
Volvámus obscúrum nihil.

Sic tota decúrret díes,  
Ne lingua mendax, ne manus,  
Oculíve peccent lúbri,  
Ne noxa corpus ínquinet.

Specu-látor astat désuper,  
 Quí nos diébus ómnibus  
 Actúsque nostros próspicit,  
 A luce prima in vésperum.

Deo Patri sit glória,  
 Ejúsque soli Fílio,  
 Cum Spíritu Paráclito,  
 Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Feria Sexta ad Laudes.

ÆTERNA coeli glória,  
 Beáta spes mortálium,  
 Celsi Tonántis Unice,  
 Castaéque proles Vírginis:  
 Da dèxteram surgéntibus,  
 Exsúrgat et mens sóbria,  
 Flagránsque in laudem Dei,  
 Grates repéndat débitas.  
 Ortus refúlget Lúcifer,  
 Sparsámque lucem núnctiat:  
 Cadit calígo nóctium,  
 Lux sancta nos illúminet.

Manénsque nostris sénsibus,  
 Noctem repéllat saéculi,  
 Omníque fine diéi  
 Purgáta servet péctora.

Quaesíta jam primum Fides  
 Radícet altis sénsibus:  
 Secúnda Spes congáudeat,  
 Quo major exstet Cáritas.

Deo Patri sit glória,  
 Ejúsque soli Fílio,  
 Cum Spíritu Paráclito,  
 Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Sabbato ad Laudes.

AURORA jam spargit polum:  
 Terris dies illábitur:  
 Lucis resúltat spículum,  
 Discédat omne lúbricum,  
 Phantásma noctis décidat,  
 Mentis reátus súbruat:  
 Quidquid tenébris hórridum  
 Nox áttulit culpae, cadat:

Ut mane illud últimum,  
 Quod praestolámur cérnui,  
 In lucem nobis éffluat,  
 Dum hoc canóre cóncrepat.

Deo Patri sit glória,  
 Ejúsque soli Fílio,  
 Cum Spíritu Paráclito  
 Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Ad Primam.


*Hymnus* Jam lucis orto sídere, *ut in Antiphonario*, 10 et 65; *sed in fine dicitur*: Deo Patri sit glória, - Ejúsque soli Fílio, - Cum Spíritu Paráclito, - Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Ad Tertiam.

*Hymnus* Nunc Sancte nobis Spíritus, *ut in Antiphonario*, 20 et 69.


### Ad Sextam.

#### 1. Tonus in Feriis per Annum et Festis Simplicibus.

VIII. 

R ECTOR po-tens, ve-rax De-us, Qui témpe-ras re-rum vi-ces,






Lu-cis di-úr-nae témpo-ra Succéssi-bus de-tér-mi-nans:


3. Tonus in majoribus Festis.

VIII.

R



E-RUM De-us te-nax vi-gor, Immó-tus in te pérma-nens,



Lu-cis di-úr-nae témpo-ra Succéssi-bus de-tér-mi-nans:


Largire clarum vespere,  
Quo vita nusquam decídat,  
Sed praemium mortis sacrae  
Perennis instet glória.

Praesta, Pater piissime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spíritu Paráclito,  
Regnans per omne saeculum. Amen.


Dominica ad Vesperas.

VIII.

L



u-cis Cre-á-tor óptime, Lu-cem di-é-rum pró-fe-rens,




Primórdi-is lu-cis novae Mundi pa-rans o-rí-gi-nem:


*Alius Tonus. 2.*

VIII.

L



u-cis Cre-á-tor óptime, Lu-cem di-é-rum pró-fe-rens, Pri-




mór-di-is lu-cis novae Mundi pa-rans o-rí-gi-nem:

*Alius Tonus. 3.*

I.

L



u-cis Cre-á-tor ópti-me, Lu-cem di-é-rum pró-fe-rens,



Primór-di- is lu-cis novae Mundi pa- rans o-rí-gi-nem:


Qui mane junctum vésperi  
Diem vocári praécipis:  
Tetrum chaos illábitur,  
Audi preces cum flétibus.

Ne mens graváta crímine,  
Vitae sit exsul múnere,  
Dum nil perénne cógitat,  
Seséque culpis fíligat.

Coelórum pulset íntimum,  
Vitále tollat praémium:  
Vitémus omne nóxium,  
Purgémus omne péssimum.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saéculum. Amen.

### Feria Secunda ad Vesperas.



IMMENSE coe- li Cón- di- tor, Qui mixta ne confúnde- rent, Aequae

flu- énta dí- vi- dens, Coe- lum de- dí- sti lími- tem:


Firmans locum coeléstibus,  
Simúlque terrae rívlis:  
Ut unda flammás témperet,  
Terrae solum ne díssipent:

Infúnde nunc, piíssime,  
Donum perénnis grátiae:  
Fraudis novae ne cósisbus  
Nos error átterat vetus.

Lucem Fides invéniat:  
Sic lúminis jubar ferat,  
Ut vana cuncta térreat,  
Hanc falsa nulla cómpri- mant.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saéculum. Amen.

### Feria Tertia ad Vesperas.



TELLU- RIS ingens Cón- di- tor, Mundi so- lum qui é- ru- ens, Pul-

sis aquae mo- lésti- is, Terram de- dí- sti ímmó- bi- lem:


Ut germen aptum próferens,  
Fulvis decóra flóribus,  
Foecúnda fructu sísteret,  
Pastúmque gratum rédderet:

Mentis perústae vúlnera  
Munda viróre grátiae,  
Ut facta fletu díluat,  
Motúsque pravos átterat.

Jussis tuis obtéperet,  
Nullis malis appróximet:  
Bonis repléri gáudeat,  
Et mortis actum nésciat.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saéculum. Amen.

### Feria Quarta ad Vesperas.

I. 

**C** OELI De-us sanctíssime, Qui lú-ci-dum centrum po-li Candó-

re pingis ígne o, Augens de-có-ro lúmi-ne:


Quarto die, qui flámmeam  
Solis rotam constituens,  
Lunae mínistras órđinem,  
Vagósque cursus síderum:

Ut nóctibus vel lúmini  
Diremptiónis términum,  
Primórdiis et ménsium  
Signum dares notíssimum:

Illúmina cor hóminum,  
Abstérge sordes méntium:  
Resólve culpae vínculum,  
Evérte moles críminum.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saéculum. Amen.

### Feria Quinta ad Vesperas.

I. 

**M** AGNAE De-us po-ténti-ae, Qui ex aquis ór-tum ge-nus

Partim remít-tis gúr-gi-ti, Partim le-vas in á-e-ra:


Demérsa lymphis ímprimens,  
Subvécta coelis írrigans:  
Ut stirpe una pródita,  
Díversa rápíant loca:

Largíre cunctis sérvulis,  
Quos mundat unda sánguinis,  
Nescíre lapsus críminum,  
Nec ferre mortis taédium.

Ut culpa nullum déprimat,  
Nullum levet jactántia:  
Elísa mens ne cóncidat,  
Eláta mens ne córruat.

Praesta, Pater piíssime,  
Patrique compar Unice,  
Cum Spírítu Paráclito,  
Regnans per omne saéculum. Amen.

### Feria Sexta ad Vesperas.

I. 

**P** LASMA-TOR hó-mi-nis De-us, Qui cuncta so-lus ór-di-nans, Humum





jubes pro-dú-ce-re Reptántis et ferae ge-nus:


Qui magna rerum córpora,  
 Dictu jubéntis vívida,  
 Ut sérviant per órđinem,  
 Subdens dedísti hómini:

Repélle a servis tuis  
 Quidquid per immundítiam,  
 Aut móribus se súggerit,  
 Aut áctibus se- intérserit.

Da gaudiórum praemia,  
 Da gratiárum múnera:  
 Dissólve litis víncula,  
 Astringe pacis foédera.

Praesta, Pater piíssime,  
 Patrique compar Unice,  
 Cum Spíritu Paráclito,  
 Regnans per omne saéculum. Amen.

### Sabbato ad Vesperas.



lux be- á-ta Trí-ni- tas, Et prin-ci-pá-lis U-ni- tas: Jam sol




re-cé-dit ígne- us, Infún-de lumen córdi-bus.

Te mane laudum cármine,  
 Te deprecémur véspera:  
 Te nostra supplex glória  
 Per cuncta laudet saécula.


Deo Patri sit glória,  
 Ejúsque soli Fílio,  
 Cum Spíritu Paráclito,  
 Et nunc et in perpétuum. Amen.

### Ad Completorium.

#### 1. In Feriis et Festis Simplicibus per Annum.



E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor, póscimus, Ut só-




li- ta cleméti- a, Sis praesul ad custó-di- am.

#### 2. In Dominicis et minoribus Festis per Annum.



E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á- tor, póscimus, Ut só-




li-ta cleménti- a, Sis praesul ad custó-di- am.

3. In majoribus Festis per Annum.



**T**E lu-cis an-te térmi- num, Re-rum Cre- á-tor, pósci-mus,




Ut só-li- ta cleménti- a, Sis praesul ad custó-di- am.


Procul recédant sómnia,  
Et nóctium phantásmata:  
Hostémque nostrum cómpri-  
me, Ne pollúantur córpora.

Praesta, Pater omnípotens,  
Per Jesum Christum Dóminum,  
Qui tecum in perpétuum  
Regnat cum Sancto Spíritu. Amen.

Tempore Paschali in Officio de Tempore et de Sanctis.




**T**E lu-cis ante térmi-num, Re-rum Cre- á-tor, póscimus, Ut só-



li- ta cleménti- a, Sis prae-sul ad custó-di- am. 2. Pro-cul re-cé-dant




sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta: Hostémque nostrum cómpri-



me, Ne pol- lu- ántur córpo- ra. 3. Gló-ri- a ti- bi Dómi- ne, Qui



surre-xísti a mórtu- is, Cum Patre et Sancto Spí- ri- tu, In



sempi- térna saécu- la. A-men.

## In Festis et Octavis B. Mariae Virginis.

II.

**T**E lu- cis ante térmí-num, Re-rum Cre- á- tor, pó-scimus,

Ut só-li-ta cle-mén-ti- a Sis praesul ad custó-di- am. 2. Pro-cul

re-cédant sómni- a, Et nócti- um phantásma-ta: Hostémque no-

strum cómpri-me, Ne poll- ántur córpo-ra. 3. Gló-ri- a ti-bi Dó-

mi-ne, Qui na-tus es de Vír-gi-ne, Cum Patre et Sancto Spí- ri-

tu, In sempi- térna saé- cu- la. A- men.

## PROPRIUM DE TEMPORE.

## In Adventu.

Ad Vesperas.

IV.

**C**ONDI- TOR alme sí-de-rum, Æ-térna lux cre-dénti- um, Christe

Redémptor ómni- um, Exáudi pre- ces súppli- cum.

Qui cóndolens intéritu  
Mortis períre saéculum,  
Salvásti mundum lánguidum,  
Donans reis remédium:

Vergénte mundi vésperé,  
Uti sponsus de thálamo,  
Egréssus honestíssima  
Víriginis matris cláusula:

Cujus forti poténtiae  
Genu curvántur ómnia,

Coeléstia, terréstria,  
Nutu faténtur súbdita.

Te deprecámur ágie,  
Ventúre judex saéculi,  
Consérva nos in témpore  
Hostis a telo pérfidí.

Laus, honor, virtus, glória  
Deo Patri, et Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saécúia. Amen.

*Ad Completorium et Horas, servantur toni in Antiphonario praescripti.*

#### Ad Laudes.

I.

Vox clá-ra ecce ínto-nat, Obscú-ra quaeque íncre-pat: Pel-  
lántur émi-nus sómni-a, Ab aethre Christus prómi-cat. 2. Mens jam  
re-súrgat tórpi-da, Quae sorde exstat saúci-a: Si-dus re-fúlget jam  
no-vum, Ut tol-lat omne nó-xi-um. *In fine:* A-men.

E sursum Agnus míttitur  
Laxáre gratis débitum:  
Omnes pro indulgéntia  
Vocem demus cum lácrimis.

Secúndo ut cum fúlserit,  
Mundúmque horror cínxerit,

Non pro reátu púniat,  
Sed nos pius tunc prótegat.

Laus, honor, virtus, glória  
Deo Patri, et Fílio,  
Sancto simul Paráclito,  
In saeculórum saécúla. Amen.

### In Nativitate Domini.

#### Ad Vesperas.

I.

C HRISTE Redémptor ómni-um, Ex Patre Patris ú-ni-ce,



So-lus ante prin-ci-pi- um Na-tus in-ef- fa- bí- li- ter.

Tu lumen, tu splendor Patris,  
Tu spes perénnis ómnium:  
Inténde quas fundunt preces  
Tui per orbem fámuli.

Meménto salutis Auctor,  
Quod nostri quondam córporis,  
Ex illibáta Vírgine  
Nascéndo, formam sumpseris.

Sic praesens testátur dies,  
Curréns per anni círclum,  
Quod solus a sede Patris  
Mundi salus advéneris.

Hunc coelum, terra, hunc mare,  
Hunc omne quod in eis est,  
Auctórem advéntus tui,  
Laudans exsúltat cántico.

Nos quoque, qui sancto tuo  
Redépti sángine sumus,  
Ob diem natális tui,  
Hymnum novum concínimus.

Glória tibi Dómine,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Patre et Sancto Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

*Ad Completorium et Horas, toni ut in Antiphonario, 230, 234.*

#### Ad Laudes.

III.



so-lis ortus cár-di- ne Ad usque terrae lími- tem, Chri-



stum ca-ná-mus Prín-ci- pem, Na-tum Ma-rí- a Vírgi- ne.

Beátus Auctor saéculi  
Servíle corpus índuit:  
Ut carne carnem líberans,  
Ne pérderet quos cóndidit.

Castae Paréntis víscera  
Coeléstis intrat grátia:  
Venter puéllae bájulat  
Secréta quae nóverat.

Domus pudíci péctoris  
Templum repénte fit Dei:  
Intácta nésciens virum,  
Verbo concépit Fílium.

Eníxa est Puérpera  
Quem Gábriel praedíxerat,

Quem matris alvo géstiens,  
Clausus Joáñnes sénserat.

Foeno jacére pértulit,  
Praesépe non abhórruit:  
Parvóque lacte pastus est,  
Per quem nec ales ésurit.

Gaudet chorus coeléstium,  
Et Angeli canunt Deo:  
Palámque fit pastóribus  
Pastor Creátor ómnium.

Glória tibi Dómine,  
Qui natus es de Vírgine,  
Cum Pa-tre et Sancto Spíritu,  
In sempitérna saécula. Amen.

### In Festo S. Stephani Protomartyris.

*Ad Laudes, Hymnus Martyr Dei qui únicum, de Communi Unius Martyris, in tono Christe Redemptor, ut supra, cum doxologia Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine.*

*Ad Vesperas, Hymnus Deus tuórum mílitum, de Communi, in eodem tono et cum eadem doxologia.*

### In Festo S. Joannis Evangelistae.

*Ad Laudes et ad Vesperas, Hymnus Exsúltet coelum láudibus, de Communi Apostolorum, sub tono et cum doxologia de Nativitate.*

### In Festo SS. Innocentium.

Ad Laudes et ad Vesperas.

I.

S ALVE-TE flo-res Márty-rum, Quos lu-cis ip-so in lí-mi-ne,

Chri-sti inse-cú-tor sústu-lit, Ceu turbo na-scén-tes ro-sas.

Vos prima Christi víctima,  
 Grex immolatórum tener:  
 Aram an-te ipsam símplex,  
 Pal-ma et corónis lúditis.

Glória tibi Dómine,  
 Qui natus es de Vírgine,  
 Cum Patre et Sancto Spíritu,  
 In sempitérna saécula. Amen.

### In Festo S. Thomae Cantuar. Episc., Martyris.

*Hymni de Communi Unius Martyris, in tono et cum doxologia de Nativitate.*

### In Festo S. Silvestri Papae, Confessoris.

*Ad Laudes, Hymnus Jesu Redémptor ómnium, de Communi Confessoris Pontificis, in tono et cum doxologia de Nativitate.*

*In Circumcisione Domini, Hymni ut in Nativitate ejusdem.*

*In Diebus Octavis S. Stephani, S. Joannis Evangelistae, SS. Innocentium, Hymni ut in die Festi.*

### In Epiphania Domini.

Ad Vesperas.

III.

H OSTIS He-ró-des impi-e, Christum ve-ní-re quid times?

Non é-ri-pit mor-tá-li-a, Qui regna dat coe-lésti-a.

Ibant Magi, quam viderant  
Stellam sequentes praeviam:  
Lumen requirunt lumine,  
Deum fatentur munere.

Lavacra puri gurgitis  
Coelstis Agnus attingit:

Peccata, quae non detulit,  
Nos abluendo sustulit.

Novum genus potentiae:  
Aquaе rubescunt hydriae,  
Vinumque jussa fundere,  
Mutavit un-da\* originem.




Gló-ri- a ti-bi Dómi- ne, Qui appa-ru- í- sti hó-di- e, Cum Pa- tre




et Sancto Spí- ri- tu, In sempi- térna saé- cu- la. A- men.

*Alter Tomus.*

VIII.




H ostis He- ró- des ím- pi- e, Christum ve- ní- re quid times? Non



é- ri- pit mortá- li- a, Qui regna dat coe- lésti- a.

*Ad Laudes.*

III.



O so- la magná- rum úrbi- um Ma- jor Béthle- hem, cui cón-



ti- git Du- cem sa- lú- tis coé- li- tus In- corpo- rá- tum gígne- re:

*Reliqua ut in Antiphonario, 269, et in fine: Glória tibi Dómine, Qui apparuísti hódie, ut supra.*

## In Quadragesima.

*Ad Vesperas.*

II.



A u- di, be- nígne Cón- di- tor, Nostras pre- ces cum flé- ti- bus,



In hoc sacro je-jú-ni-o Fu-sas quadra-ge-ná-ri-o.

Scrutátor alme córdium,  
Infrma tu scis vírium:  
Ad te revérsis éxhibe  
Remissiónis grátiam.

Multum quidem peccávimus,  
Sed parce confiténtibus:  
Ad laudem tui nóminis  
Confer medélam lánguidis.

Sic corpus extra cónteri  
Dona per abstinéntiam,  
Jejúnet ut mens sóbria  
A labe prorsus críminum.

Praesta, beáta Trínitas,  
Concéde, simplex Unitas,  
Ut fructuósa sint tuis  
Jejuniórum múnera. Amen.

**Ad Laudes.**



VIII. **J** AM Christe sol justí-ti-ae, Mentis de-híscant té-nebrae: Virtú-




tum ut lux réd-e-at, Ter-ris di-em cum ré-pa-ras.

*Alter Tonus.*



II. **J** AM Christe sol justí-ti-ae, Mentis de-híscant té-nebrae: Virtú-



tum ut lux réd-e-at, Terris di-em cum ré-pa-ras.


Dans tempus acceptábile,  
Et paénitens cor tríbue,  
Convérta't ut benignitas  
Quos longa suffert píetas.

Quiddámque paeniténtiae  
Da ferre, quamvis grávium,  
Majóre tuo múneré,  
Quo démp'tio fit críminum.

Dies venit, dies tua,  
In qua reflórent ómnia:  
Laetémur in hac ad tuam  
Per hanc redúcti grátiam.  
Te rerum univérsitas,  
Clemens, adóret, Trínitas,  
Et nos novi per véniam,  
Novum canámus cánticum. Amen.

**Tempore Passionis.**

**Ad Vesperas.**



I. **V** E-XILLA Re-gis pród-e-unt: Fulget Cru-cis mysté-ri-um,





Quo carne carnis Cón-di- tor Suspén- sus est pa-tí-bu- lo.

Quo vulnerátus insuper  
Mucróne diro lánceae,  
Ut nos laváret crímíne,  
Manávit un-da et sánguine.

Impléta sunt quae cóncinit  
David fidéli cármíne,  
Dicens: In natió nibus  
Regnávit a ligno Deus.

Arbor decóra\* et fúlgida,  
Ornáta Regis púrpura,  
Elécta digno stípíte  
Tam sancta membra tángere.


Beáta, cujus bráchiis  
Saecli pepéndit prétium,  
Statéra facta córporis,  
Praedámque tulit tártari.

O Crux, ave, spes única,  
Hoc Passi ó nis témpore, <sup>1</sup>  
Auge piis justítiam,  
Refsque dona véniam.

Te summa, Deus, Trínitas,  
Colláudet omnis spíritus:  
Quos per Crucis mystérium  
Salvas, rege per saécula. Amen.

<sup>1</sup> *In Inventione S. Crucis dicitur: In hoc pascháli gáudio. In Exaltatione vero ejusdem: In hac triúmphi glória.*


## Ad Laudes.



**L** USTRIS sex qui jam per-á-ctis, Tempus implens córpo- ris,



Se vo- lénte na-tus ad hoc, Passi- ó- ni dé-di- tus, Agnus in



Cru- cis le- vá- tur Immo- lándus stí- pi- te.

Hic acétum, fel, arúndo,  
Sputa, clavi, láncea:  
Mite corpus perforátur,  
Sanguis, unda prófluit:  
Terra, pontus, astra, mundus,  
Quo lavántur flúmine!

Crux fidélis, inter omnes  
Arbor una nóbilis:  
Nulla silva talem profert  
Fronde, flore, gérmine:  
Dulce lignum, dulces clavos,  
Dulce pondus sústinet.

Flecte ramos, arbor alta,  
Tensa laxa víscera,  
Et rigor lentéscat ille,  
Quem dedit natívitas:  
Ut supérni membra Regis  
Miti tendas stípíte.

Sola digna tu fuísti  
Ferre saecli prétium,  
Atque portum praeparáre  
Nauta mundo náufrago:  
Quem sacer cruor perúnxit,  
Fusus Agni córpore.

Glória et honor Deo  
Usquequá-que\* altíssimo:  
Una Patri, Filióque,

Inclýto Paráclito:  
Cu-i laus est et potéstas  
Per aetérna saécula. Amen.

(*Confer eundem Hymnum notatum per singulas strophas in Graduali, Feria VI. in Parasceve.*)

### Tempore Paschali in Officio de Tempore.

#### Ad Vesperas.

VIII.



**A**d coe-nam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di, Post

tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

Cujus corpus sanctíssimum,  
In ara crucis tórridum,  
Cruóre ejus róseo  
Gustándo vívimus Deo.

Protécti Paschae vespere  
A devastánte Angelo,  
Erépti de duríssimo  
Pharaónis império.

Jam Pascha nostrum Christus est,  
Qui immolátus agnus est:  
Sinceritátis ázyna,  
Caro ejus obláta est.

O vere digna hóstia,  
Per quam fracta sunt tártara,  
Redémpta plebs captiváta,  
Réddita vitae praémia.

Consúrgit Christus túmulo,  
Victor redit de bāathro,  
Tyránnum trudens vínculo,  
Et Paradísium réserans.

Quaésumus, Auctor ómnium,  
In hoc pascháli gáudio,  
Ab omni mortis impetu  
Tuum defénde pópulum.



Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui sur-re-xísti a mórtu-is, Cum Patre

et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna saécu-la. A-men.

#### Alter Tonus.

IV.



**A**d coe-nam Agni pró-vi-di, Et sto-lis albis cándi-di,


Post tránsi-tum ma-ris Rubri, Christo ca-námus Prínci-pi.

*In fine:*


Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Pa-  
tre et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna saé-cu-la. A-men.

*Ad Laudes.*

VIII.



**A** U-RO-RA lu-cis rú-ti-lat, Coe-lum láudi-bus ínto-nat, Mundus

exsúl-tans jú-bi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat:

Cum Rex ille fortíssimus,  
Mortis confráctis víribus,  
Pede concúlcanz tartara,  
Solvit a poena míseros.

Ille qui clausus lápide  
Custodítur sub mílite,  
Triúmphanz pompa nóbili,  
Victor surgit de fúnere.

Solútis jam gemítibus,  
Et inférni dolóribus,  
Quia surréxit Dóminus.  
Respléndens clamat Angelus.


Quaésumus, Auctor ómnium,  
In hoc pascháli gáudio,  
Ab omni mortis ímpetu  
Tuum defénde pópulum.



Gló-ri-a ti-bi Dómi-ne, Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre  
et Sancto Spí-ri-tu, In sempi-térna saé-cu-la. A-men.

*Alter Tonus.*

III.



**A** U-RO-RA lu-cis rú-ti-lat, Coe-lum láudi-bus ínto-nat, Mun-  
dus exsúltans jú-bi-lat, Gemens inférnus ú-lu-lat.

*In fine:*



Gló-ri-a ti-bi Dó-mi-ne, Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Pa-  
tre et Sancto Spí-ri-tu, In semp-térna saé-cu-la. A-men.

*Ad Horas, Hymni cantandi et concludendi sunt ut infra:*


Gló-ri-a ti-bi Dó-mi-ne, Qui surre-xísti a mórtu-is, Cum Patre et  
Sancto Spí-ri-tu, In semp-térna saé-cu-la. A-men.

**In Ascensione Domini.***Ad Vesperas et ad Laudes.*

iv.




J E-SU nostra red-émpti-o, Amor et de-si-dé-ri-um, De-us  
Cre-á-tor ómni-um, Homo in fi-ne témpo-rum:

Quae te vicit cleméntia,  
Ut ferres nostra crímina,  
Crudélem mortem pátiens,  
Ut nos a morte tólleret!

Inférni claustra péntrans,  
Tuos captivos rédimens,  
Victor triúmpho nóbili  
Ad dextram Patris résidens.

Ipsa te cogat píetas,  
Ut mala nostra súperes  
Parcéndo, et voti cómpotes  
Nos tuo vultu sáties.

Tu esto nostrum gáudium,  
Qui es futúrus praémium,  
Sit nostra in te glória,  
Per cuncta semper saécula. Amen.

*In fine Hymnorum ad Horas dicitur:*


Gló-ri-a ti-bi Dó-mi-ne, Qui scandis su-per sí-de-ra, Cum Patre



## In Festo Pentecostes.

Ad Vesperas et ad Tertiam.



Qui Paráclitus díceris,  
Donum Dei altíssimi,  
Fons vivus, ignis, cáritas,  
Et spiritalís únctio.

Tu septifórmis múnere,  
Dextrae Dei tu dígitus,  
Tu rite promíssum Patris,  
Sermóne díctans gúttura.

Accénde lumen sénsibus,  
Infún-de amórem córdibus,  
Infirma nostri córporis  
Virtúte firmans pérpeti.

Hostem repéllas lóngius,  
Pacémque dones prótinus:  
Ductóre sic te praevio  
Vitémus omne nóxium.

Per te sciámus da Patrem,  
Noscámus atque Fílium,  
Te utriúsque Spíritum  
Credámus omni témpore.

Glória Patri Dómino,  
Natóque, qui a mórtuis  
Surréxit, ac Paráclito,  
In saeculórum saécula. Amen.

*Quando praedictus Hymnus cantatur more votivo, seu extra Officium, in fine dicitur, loco doxologiae praecedentis:*

Sit laus Patri cum Fílio, - Sancto simul Paráclito, - Nobisque mittat Fílius - Charisma Sancti Spíritus. Amen.

Ad Laudes.



Ignis vibránte lúmine  
Linguae figúram détulit,  
Verbis ut essent próflui,  
Et caritaté férvidi.

Linguis loquúntur ómnium,  
Turbæ pavent gentílium:  
Musto madére députant  
Quos Spíritus repléverat.

Patrâta sunt haec mystice,  
Paschae perâcto tēmpore,  
Sacro diērum nūmero,  
Quo lege fit remissio.

Te nunc, Deus piſsime,  
Vultu precâmur cērnuo:  
Illâpsa nobis coēlitus  
Largîre dona Sp̄ritus.

Dudum sacrâta pēctora  
Tua replēsti grâtia:  
Dimîtte nunc peccâmina,  
Et da quiēta tēmpora.

Glória Patri Dómino,  
Natôque, qui a mórtais  
Surréxit, ac Paráclito,  
In saeculórum saécula. Amen.

*Ad Horas (excepta Tertia) et Completorium, Hymni cantandi et concludendi sunt ut infra:*




Gló-ri- a Patri Dómi-no, Na- tóque, qui a mórta- is Surré- xit, ac  
Pa- rácli- to, In sae- cu- ló- rum saé- cu- la. A- men.

### In Festo Ss. Trinitatis.

*Ad Vesperas, Hymnus O lux beáta Trínitas, ut supra in Vesperis Sabbati, 9.*

Ad Laudes.



VIII. **T**u Tri- ni- tá- tis Uni- tas, Orbem po- ténter quae re- gis: Attén-  
de laudum cánti- ca, Quae ex- cu- bántes psál- limus.

Ortus refúlget LúCIFer,  
Sparsámque lucem nūntiat,  
Cadit calígo nóctium,  
Lux sancta nos illúminet.

Deo Patri sit glória,  
Ejúsque soli Fílio,  
Cum Sp̄ritu Paráclito,  
Et nunc et in perpétuum. Amen.

# PROPRIUM SANCTORUM

## In Festo Immaculatae Conceptionis B. M. V.

*In fine Hymnorum ad Completorium et Horas, dicitur:* Glória tibi Dómine, - Qui natus es de Vírgine, - Cum Patre et Sancto Spíritu, - In sempitérna saécula. Amen.

*Quae doxologia semper dicenda est, quando in Antiphonario ponitur:* Jesu, tibi sit glória, Qui natus es de Vírgine, etc.

## In Festo Ss. Nominis Jesu.


*Hymni ad Completorium et Horas cantantur ut in Nativitate Domini (Antiph., 230); et in fine dicitur:* Glória tibi Dómine, Qui natus es de Vírgine, etc.

## In utroque Festo Cathedrae S. Petri.

Ad Vesperas.

IV.

QUODCUMQUE VINCLIS SUPER TERRAM STRINXERIS, ERIT IN ASTRIS  
RELIGATUM FORTITER: ET QUOD RESOLVIS IN TERRIS ARBITRIO,  
ERIT SOLUTUM SUPER COELI RADIIUM: IN FINE MUNDI JUDEX  
ERIS SAECULI. 2. GLORIA PATRI PER IMMENSA SAECULA, SIT TIBI  
NATE DECUS ET IMPERIUM, HONOR, POTESTAS, SANCTOQUE SPIRITUI:  
SIT TRINITATIS SALUS INDIVIDUA, PER INFINITA SAECULA



lô-rum saécu-la. A-men.

*Ad Laudes, Hymnus* Jam bone pastor, Sit Trinitáti, *ut in Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, 27, omissa strophá* Doctor egrégie.

### In Conversione S. Pauli.

*Ad Vesperas, Hymnus* Doctor egrégie, Sit Trinitáti, *ut ad Laudes in Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, 28.*

### In Apparitione B. M. V. Immaculatae.

*Ad Laudes, Hymnus ut in Antiphonario, sed in fine dicitur:* Glória tibi Dómine, - Qui natus es de Vírgine, - Cum Patre et Sancto Spíritu, - In sempitérna saécula. Amen.

*In II. Vesperis, Hymnus ut in Antiphonario, sed in fine dicitur:* Glória Patri genitaéque Proli, - Et tibi compar utriúsque semper - Spíritus alme, Deus unus, omni - Témpore saeculi. Amen.

### SS. Septem Fundatorum Ord. Serv. B. M. V.

*Hymni ut in Antiphonario, sed in fine Hymni* Sic Patres vitam, *dicitur doxologia:* Glória Patri genitaéque Proli, - Et tibi compar utriúsque semper - Spíritus alme, Deus unus, omni - Témpore saeculi. Amen.

### In Inventione S. Crucis.

*Ad Vesperas, Hymnus* Vexílla Regis, *ut supra, 16. In strophá* O Cruz ave, *dicitur* In hoc pascháli gáudio. *Doxologia propria servanda est.*

*Ad Laudes, Hymnus* Lustris sex, *ut supra, 17.*

### In Apparitione S. Michaelis Archangeli.

*Hymni ut infra, 31, in altero Festo S. Michaelis.*

### In Nativitate S. Joannis Baptistae.

*Ad Vesperas, Hymnus* Ut queant laxis, *ut in Antiphonario, sed in fine dicitur doxologia:* Glória Patri genitaéque Proli, - Et tibi compar utriúsque semper - Spíritus alme, Deus unus, omni - Témpore saeculi. Amen.

*Idem Hymnus potest cantari etiam in tono sequenti:*

iv.

U t que-ant la-xis re-soná-re fibris Mi-ra gestó-rum fāmu-li  
tu-ó-rum, Sol-ve pollú-ti lá-bi-i re-á-tum, Sancte Jo-ánnes.



## Ad Laudes.

II.




**O** nimis fe-lix me-ri-tique celsi, Né-sci-ens la-bem ní-ve-i




pu-dó-ris: Praé-po-tens Martyr, e-rem-ique cultor, Má-xi-me Va-tum.

## Alter Tonus.

I.



**O** nimis fe-lix me-ri-tique cel-si, Né-sci-ens la-bem ní-ve-i



pu-dó-ris: Praé-po-tens Martyr, e-rem-ique cul-tor, Má-xi-me Va-tum.

Serta ter denis álios corónant  
Aucta creméntis, duplicáta quosdam:  
Trina centéno cumuláta fructu  
Te sacer ornant.

Nunc potens nostri méritis opímis  
Péctoris duros lápidés repéllé:  
Asperum planans iter, et refléxos  
Dirige calles.


Ut pius mundi Sator et Redémptor,  
Méntibus pulsa livióne puris,  
Rite dignétur véniens sacrátos  
Pónere gressus.

Láudibus cives célebrent supérni  
Te Deus simplex, paritérque trine:  
Súpplícés et nos véniám precámur,  
Parce redémptis. Amen.


## In Festo SS. Apostolorum Petri et Pauli.

## Ad Vesperas.

IV.




**A** U-RE-A luce et de-có-re ró-se-o, Lux lu-cis, omne




perfu-dí-sti saé-cu-lum, De-có-rans coe-los ín-cly-to marty-ri-o,



Hac sacra di-e, quae dat re-is vé-ni-am. 2. Já-ni-tor coe-li,



Doctor or-bis pá-ri-ter, Jú-di-ces saecli, ve-ra mun-di lúmi-na:  
 Per cru-cem alter, alter ense tri-úmphans, Vi-tae se-ná-tum lau-  
 re-á-ti pós-si-dent. 3. O fe-lix Roma, quae tan-tó-rum Prínci-pum  
 Es purpu-rá-ta pre-ti-ó-so sánguine! Non laude tu-a, sed  
 ipsó-rum mé-ri-tis, Excél-lis omnem mundi pulchri-tú-di-nem.  
 4. Sit Tri-ni-tá-ti semp-itér-na gló-ri-a, Honor, po-téstas,  
 atque ju-bi-lá-ti-o, In u-ni-tá-te, cui ma-nét impé-ri-um,  
 Ex tunc et mo-do, per ae-térna saé-cu-la. A-men.






*Alter Tonus.*


I.  
**A** U-RE-A lu-ce et de-có-re ró-se-o, Lux lu-cis, omne  
 perfu-dísti saé-cu-lum, De-có-rans coe-los ín-cly-to marty-ri-o, Hac

sa- cra di- e, quae dat re- is vé-ni- am. 2. Já-ni- tor coe- li, Doctor  
 or- bis pá- ri- ter, Jú-di- ces sae- cli, ve- ra mundi lími- na: Per  
 cru- cem al- ter, alter ense tri- úm- phans, Vi- tae se- ná- tum laure-  
 á- ti póssi- dent. 3. O fe- lix Roma, quae tantó- rum Prínci- pum  
 Es pur- pu- rá- ta pre- ti- ó- so sán- gui- ne! Non laude tu- a, sed  
 ipsó- rum mé- ri- tis, Excél- lis omnem mundi pulchri- tú- di- nem.  
 4. Sit Tri- ni- tá- ti sempi- té- rna gló- ri- a, Ho- nor, po- té- stas,  
